

ANNOTATA

“ flati plus Philosophicis disputationibus quam utilitati fidelium  
 “ tribuebant. Urget autem eos suo exemplo, hoc dicit: Si Apo-  
 “ stolus sum, ut sum, nihilo minor sum illis Doctoribus.

“ Οὐκ εἰμι ἐλεύθερος ;

“ Libertas certè omnibus æqualis est, nec mihi minus, quam  
 “ illis competit. In Manuscripto melius crescit oratio: Οὐκ  
 “ εἰμι ἐλεύθερος, ἅ καὶ εἰμι Ἀπόστολος. Et sic legisse Syrum &  
 “ Arabem apparet.

“ Οὐχὶ Ἰησοῦν χειρὸν τῶν Κυρίων ἡμῶν ἐώρηκα ;

“ Si illis autoritatis aliquid confert Græcanica eruditio, at  
 “ mihi divinæ revelationes.

“ V. z. Οὐ τὸ ἔργον μὲ ὑμεῖς ἐστε ἐν Κυρίῳ ;

“ Ego vos Christo formavi. Sic

“ *Et magnum magni Caesaris illud opus:*

“ De eo, qui à Cæsare institutus fuerat.

“ Εἰ ἄλλοις ἅ καὶ εἰμι Ἀπόστολος, ἀλλ' ὑμῖν εἰμί.

“ Si alii dubitarent, an Apostolus essem, vos certe dubitare non  
 “ deberetis propter ingentia signa Apostolatus, quæ apud vos edidi.

“ Ἡ γὰρ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἐπιστολῆς ὑμεῖς ἐστε ἐν Κυρίῳ

“ Sicut per signa apposita constat instrumentū aliquod sincerū es-  
 “ se, ita per vestram conversionem constat me esse Apostolum. De

“ voce σφραγῖδος vide quæ dicta ad Joh. III. 3. & Rom. IV. II. Ἀπο-

“ στολή munus Apostolicum Act. II. 5. Gal. II. 8. quomodo ἐπισκο-

“ πῆ munus Episcopi Act. I. 20. I. Tim. III. 1. Ἐν Κυρίῳ supple ὄνησιν

“ eo ipso quod estis in Christo quod estis Christiani; ἐμὸν γέρας

“ ἴδω.

“ Hæc ob falsos Doctores dicta esse, quamvis admitti facile non  
 “ possit, non tamen sufficiens indicium apparet. In genere Pau-

“ lus Corinthios, quos de libertate in cibo & potu non usurpanda  
 “ cum scandalo suo exemplo monuerat; ita ἀποδειγματικῶς mone-

“ re pergit, quod ut magis penetret, autoritatem suam Apostolicam  
 “ primum sistit, idque sub *schemate interrogationis*, ob orationis

“ ἐπιχειρήσαν. Non sum Apostolus? Non sum liber? Quas duas inter-

“ rogationes temerè & in vitis Codicibus, Originalibus transposuit  
 “ Vulgatus. Potius est: quod fuerit Apostolus: Addit tamen;

nonne